

per quam suos subditos multum gravari asserunt; optima lege veterant ne bona immobilia ultra transfererentur in monasteria, aliaque corpora ecclesiastica, nisi obtentis prius literis amortizationis.

6 Non desunt, qui scribere & docere tentarunt Principes seculares similem legem ferendo suam exercere potestatem, eamque legem tamquam immunitati & libertati ecclesiasticæ contrariam omnino esse reprobendam.

7 Verum quamplurimi Theologi melioris notæ, quorum tractatus inserti leguntur tomo III. Monarchiæ Imperii per Melchiorem Goldastum, quibus æquitas, & iustitia huius legis solidissimè astruitur, & Principum auctoritas in ferenda simili lege vindicatur, probantur in hac lege Principem non disponere de rebus ecclesiæ, sive ad ecclesiam jam spectantibus, sed de rebus suæ jurisdictioni plane subjectis & eatenus sibi propriis; ac propterea posse statuere, ne ad ecclesiasticos, sive Manus Mortuas bona illa transferantur; præsertim quòd per eam translationem quodammodo ejus jurisdictioni subtrahantur, nec jura Principis salva & integra esse possint.

8 Quapropter sicut privatus esse potest præcavere, ne sua bona ad ecclesiam transferantur citra violationem libertatis ecclesiasticæ, non dubium, quin idem liceat Principi, si ex ea translatione sua jura inverti prævidet.

9 Dolendum sane quod ecclesiasticorum & religiosorum quorundam nimia aviditas copulandi agrum agro, Principes coegerit, subditis suis hujusmodi legem imponere, ita ut hic merito applicari posset, quod occasione similis legis suo tempore dixit Sanctus Ambrosius: "legem non reprehendo, sed doleo, quod talem legem meriti fuerimus." \*\*\*

(Quanta sollicitudine hæc materia omnibus sit ætatis meditata, neminem fugit; peritissimorum hominum judicia defatigavit; nulla eisdem via fuit aperta, acquisitionis bonorum immobilium de personis, & communitatibus ecclesiasticis præcavendi ergo, cum republica ex secularibus, & ecclesiasticis integrari: circa hoc vide literales expressiones Auct. Acord. 4. §. 32. & 33. tit. 4. lib. 1. Recop. Cast. Recognosce add. hisp. verb. Bona, vers. Tam constans est, cum subsequenti immediatè Brevi super Unice contributionis stabilimento à Summo Ecclesie Præsule D. Benedicto XIII. expedire jussu; super hoc multi scripserunt: inter hos recognosce speciale Tractatum hispano sermone de la Regalia de la Amortizacion ab Illmo. D. D. Petro Rodriguez Campomanes elaboratum, & anno 1765. publicatum.)

AMPHIBOLOGIA. Vide verb. Accusatus à n. 31. & verb. Juramentum art. 1. à n. 23. ad 25. ac verb. Restrictio mentalis per tot. ac verb. Virtus à n. 34. ad 75.

ANIMA.

SUMMARIUM.

- 1 ANIMA rationalis est forma hominis.
- 2 Est immortalis.
- 3 Non est ex substantia Dei.
- 4 Non nascitur per Adamum.
- 5 Sed creatur à Deo, unicuique homini sua, ad n. 7.
- 6 De Animabus moriuorum in genere, ad num. 14.
- 15 De Animabus purgatorii, ad num. 26.
- 27 De Animabus jam purgatis, earumque beatitudine, ad num. 31.

ANIMA rationalis, seu intellectiva per se est forma hominis: Contrarium est hæresis, Clement. I. de fide Catholica, Conc. Viennens. Generale 15. §. Petro, ubi fuit sic definitum præcisè his verbis: quod quisquis doctores asserere, defendere, seu tenere pertinaciter præsumperit, quòd anima rationalis, seu intellectiva non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tamquam hæreticus sit censendus. Anima rationalis, seu intellectiva est immortalis, & contrarium asserens est hæreticus, ut habetur ex pluribus Sacre Scripturæ locis, sed præcipuè Matthæi 10. ex verbis Christi: Nolite timere, qui occi-

dunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum timeo, qui potest animam, & corpus in gehennam perdere, ex quo præcipuè loco statuit ecclesia in Concilio Lateranensi sub Leone V. sess. 8. immortalitatem animæ firmam fide tenendam esse, & omnes, qui eam mortalem asserunt, tamquam hæreticos damnandos his verbis: "Damnatus & reprobatus omnes asserentes animam intellectivam mortalem esse, & hoc in dubium vertentes, cum illa non solum vere, & per se, & essentialiter humani corporis forma existat, verum & immortalis, & manifestè constat ex Evangelio." Anima rationalis non est ex substantia Dei, & hoc asserens est Hæreticus, sicut Manichæus, & Priscillianus, Concil. Bracharens. I. cap. 5. Nec simul cum carne nascitur per Adamum, ut multi Sancti Patres antiqui dubitarunt, & dixerunt esse rem insolubilem in hac vita, ut colligitur ex Gregor. I. lib. 7. ex regul. cap. 54. his præcisè verbis: "De origine animæ inter Sanctos Patres requisito non parva versata est: sed utrum ipsa ab Adam descenderit, an certe singulis detur, incertum remansit, eamque in hac vita insolubilem fassi sunt. Gravis enim est questio, nec valet ab homine comprehendi, quia si de Adam substantia animæ cum carne nascitur, cur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne non nascitur, cur in ea carne, quæ de Adam prolata est, obligatis peccatis teneatur? sed cum hoc sit incertum, &c." Sed est certum, & firmum, quod à Deo creatur, ut statuit credendum esse Concilium Lateranens. IV. sub Innocentio III. cap. 1. de Fide, & summa Trinitate.

Animæ hominum non fuerunt omnes creatæ in principio Mundi; Leo I. epist. 29. cap. 10. Concil. Constantin. III. General. 6. art. 11. Nec antequam uniantur corpori sunt creatæ extra, & contrarium asserens est hæreticus; Concil. Bracarense I. c. 6. Nec sunt duæ animæ in uno homine, & contrarium asserens est anathema; Concil. Constantin. IV. General. 8. c. 10. Nec est una anima in omnibus hominibus, sed in quolibet est propria, & contrarium asserens est hæreticus; Leo X. Constit. 4. incip. Apostolice. Et ista anima infunditur, & multiplicatur ad multiplicationem corporum, & contrarium asserens est hæreticus; Concilium Lateranens. V. sess. 8.

(Ne videatur, posse hispanicas leges hancine materiam prætermittere, sciendum est animam rebus naturalibus præteriter inesse, in plantis scilicet vegetabilibus: in eis, quæ vivunt, & moriuntur, sensibilem: rationabilem seu intelligibilem in homine: ex eo non inferatur, alias duas in eo non inveniri: inseparabile hujus est nature, crescere, sentire, & ratiocinari; nobilissimam hæc animæ facultas, quæ vera à falsis dignoscit, discernit, & secreti, à ceteris invariantibus hominem distinguit; ideo sicut tres hæc Deus in eo conjunxit: etiam ad tria reducuntur ad quæ humanarum cogitationum studia tendere debent, primò ad Deum; secundò, ad regni supremum caput, naturalem dominum; tertio, ad patriam; non tantum naturali ratione est Deus cognoscendus, sed Fide, Spe, & Charitate; Vide circa antecedentia præmium, leg. 1. 2. 3. 4. & 5. tit. 12. p. 2. ibique invenies harum virtutum definitiones: cur simus omnes in obligatione easdem peccato nostro retinendi; ex seq. leg. usque in finem causæ reperiuntur propter quas Deus sit amandus: commoda ex Dei amore, atque timore provenientia demonstrantur; multum doctrinæ ad salutem necessariæ exhibetur. His leviter prælibatis attendat Lector inter ab Auctore præcedenter enarrata, ac nostras hispanicas ordinationes discernimen nullum constituit; Vide præmium tit. 13. p. 1. l. 42. & 43. tit. 4. ejusdem p. leg. 7. tit. 1. lib. 1. Ord. Reg. leg. 8. tit. 1. lib. 1. Recop. Cast. Confiteatur per easdem errare qui homine mortuo animam perire asseverant: qui credunt animæ transmigrationem post corporis interitum utriusque resurrectionem in die iudicii: nihil prodesse bona opera & suffragia animabus in purgatorio existentibus, quando non potest dubium occurrere, suffragia, sacrificia, aliaque bona opera disponere, ut quam citius ad gloriam æternam possimus devenire leg. citat. 42. & 4. tit. 13. leg. 19. tit. 23. p. 1. l. tit. 24. p. 7.)

Animæ mortuorum non videntur, quæ apud nos geruntur, & quæ nobis bona, malive accidunt suo ingenio

minimè assequuntur. Tribus autem modis ea scire possunt, scilicet, aut divino Spiritu eas illustrante, aut Beatis Angelis, qui rebus nostris prestò sunt, indicantibus, aut aliis animabus, quæ ad eadem loca demigrant, Deo permissente, nuntiantibus. Sic expressè D. Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. 14. 15. 16. & lib. de anima, & spiritu cap. 20. Et quod animabus beatis nostras preces sint notæ inficiari non possumus, vel ad eas deferentibus Angelis Sanctis, ut significant D. Dionysius in 2. cap. Cælest. Hierarch. vel in Verbo videntibus, ut placet D. Gregorio I. 12. moral. cap. 13. quem citat, & sequitur D. Thomas 2. 2. quæst. 83. art. 4. nam de rebus nostris in Verbo vident ea, quæ eos deest videre, ut ibi inquit idem S. Thomas, & tenent S. Bonaventura, 14. Scotus, & alii passim. Animæ, quæ sine peccato post Baptismum separantur à corpore, celo recipiuntur; Sic etiam animæ, quæ penas condignas pro peccatis solverunt, sive in corpore, sive in purgatorio; Concil. Florent. sess. ult. in Listeris unionis.

In Purgatorio patiuntur pœnas, quibus debebant in vita satisfacere; Idem Conc. ibid. In purgatorio juvantur suffragiis fidelium, ut missis, orationibus, indulgentiis, & aliis, quæ fieri solent pro eis per ecclesiam; Item Conc. ibid. Post purgatorium in celum ascendunt, & ibi vident Deum sicuti est; Idem Conc. ibid. Animæ vero, quæ cum peccato mortali decedunt, in Infernum descendunt, & ibi dispare pœnas patiuntur pro disparitate culparum; Idem Conc. Florent. ibid. Animæ, quæ sunt in purgatorio sunt securæ de sua salute, Leo X. in Bulla contra Lutherum. In purgatorio non sunt amplius in statu merendi. Idem ibid. Ipsæ animæ quærentes requiem, & horrentes pœnas non peccant, Idem ibid. Liberatæ à pœnis per suffragia fidelium dum in celum recipiuntur, non minus beantur, quam si per se ipsas satisfecissent pro illis pœnis; Idem ibid.

Animæ in purgatorio existentes an possint pro nobis orare, vel aliquid de congruo mereri, vel impetrare? hæc sunt opinioniones. Prima est S. Thomæ 2. 2. q. 83. art. 11. ad 3. & in 4. dist. 15. q. 4. art. 5. q. 2. ad 2. Alex. part. 4. q. 26. n. 3. art. 4. ad 4. Azorii Instituti. moral. p. 1. lib. 9. cap. 10. q. 12. & plurium aliorum dicentium, eas non posse pro nobis orare, nec aliquid nobis mereri, vel impetrare. Et ratio est, dicunt ipsi, quia animæ purgatorii non sunt in statu orandi pro aliis, & aliquid impetrandi, sed potius in statu ut oretur pro illis, quam ut ipsæ orent pro aliis, sunt enim debitoribus, & in carcere propter debita propria. Tum quia cum adhuc Deum non vident, non possunt cognoscere, quæ nos his facimus, aut cogitamus, nec quibus indignamus, nam, ut ait D. August. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. mortui ignorant, quæ nos hic agimus, adeoque frustra orantur à nobis, 23. cum nostras orationes cognoscere nequeant. Secunda sententia est Bellarmini lib. 2. de purgatorio cap. 15. Suarez disp. 42. sect. 2. n. 9. Fabri Faventini in 4. sententi. dist. 19. disp. 36. q. unic. n. 105. Mastrii in theologia moral. dist. 24. q. 2. art. 3. n. 42. de purgatorio, Astesani lib. 3. tit. 38. art. 1. Brancati disp. 26. art. 8. Richardi in 4. dist. 45. art. ult. q. 2. & 3. Scoti in 4. dist. 46. q. 3. art. 1. Valentis, Medinæ, & plurium aliorum cum La Croix lib. 6. part. 2. n. 1337. volentium animas purgatorii posse pro nobis orare, & aliquid nobis de congruo mereri, vel impetrare. Et ratio est, quia animæ purgatorii sunt sanctæ, & Deo caræ, & quamvis ab ipso affliguntur, non tamen affliguntur tamquam ab inimico, sed tamquam à justo Judice, & Patre benigno. Cum igitur nos ex charitate diligant, & sint gratissimæ in recompensatione orationum, aliorumque honorum operum, quæ in earum suffragium à nobis sunt, pie, & rationabiliter credendum est eas pro nobis orare, eo vel maxime quod innumera beneficia referantur passim à scriptoribus ab animabus purgatorii præstita suis devotis statim ac fuerunt rogata.

Nec valet dicere, quod ipsæ non possunt scire orationes nostras, aliaque bona opera in earum suffragium facta, nec cognoscere indigentias nostras. Non valet, inquam, quia licet hæc scire nequeant ex se ipsis, possunt tamen intelligere ex relatione animarum, quæ ex vivis ad illas accedunt, ut docet S. Augustinus loc. citat. & ex Ferrar. Biblioth. Tom. I.

Sanctis Angelis, qui sine dubio res nostras cognoscunt, ut S. Augustinus ibid. probat, vel ex alio Dei munere, & adjutorio, cap. Patendum est 29. caus. 13. quæst. 2. Ex 2. enim Machabeorum cap. ult. habetur, quod Onias, & Jeremias in limbo orabant pro viventibus, & pro sancta civitate, & tamen nec illi videbant indigentias viventium, & sanctæ civitatis.

Nec valet etiam dicere, quod animæ purgatorii sint debitoribus, & in carcere propter debita propria, ibique maximis tormentis afficiantur, adeoque non posse pro nobis orare, sed potius indigere, ut pro ipsis oretur. Non valet, inquam, quia etiam nos debitoribus sumus, & tamen pro aliis oramus, & quamvis sint debitoribus, & in carcere, hoc tamen non obstante sunt in gratia, & grata Deo, & ideo possunt pro nobis orare. Nec facit, quod ibi maximis tormentis afficiantur, quia ut notat Bellarminus loco citato, dives in Inferno orabat pro fratribus suis, Luc. 16. & tamen erat in tormentis majoribus, quam sint animæ in purgatorio. Et Martyres in hoc mundo in tormentis constituti orabant pro se, & aliis, ut patet de Sancto Stephano Actor. 7. Tum quia animæ Paschalis, & S. Severini licet in pœnis purgatorii adhuc existerent, tamen miracula operabantur, ut referunt S. Gregor. lib. 4. dialogorum cap. 4. & S. Petrus Damianus in epistola de miraculis sui temporis, adeoque possunt à fortiori orare pro nobis.

Nec valet tandem dicere, quod ipsæ non possunt pro nobis orare, & intercedere, seu aliquid impetrare, quia sunt nobis inferiores. Non valet, inquam, quia animæ purgatorii, quamvis nobis sint inferiores ratione pœnarum, tamen sunt superiores ratione gratiæ, & charitatis, in qua jam confirmatæ sunt. Tum quia in hoc mundo nos oramus pro Episcopis, & Summis Pontificibus, quis nobis superiores, & etiam oramus pro illis, quos non dubitamus esse sanctiores, sic orabant christiani olim pro Apostolo Paulo, qui eorum orationes petebat, ad Rom. 15. & alibi.

Licet animas in gratias decedentes non recipi in beatitudine, nisi post diem Judicii, aliquid docuerint, & varri dicant hujus sententiæ fuisse etiam Joannem XXII. tamen ipsum fuisse sententiæ contrariæ ostenditur; Primo auctoritate Doctorum Parisiensium, qui eodem anno, quo illam opinionem erroneam damnarunt, palam professi sunt eam sententiæ à Pontifice productam esse, non quod veram crederet, sed solum indagandæ veritatis gratia, præcisè his verbis: Advertensque, quòd multorum fide dignorum relatione audivimus, quòd quidquid in hac materia sua Sanctitas dixit, non asserendo, seu opinando protulit, sed solummodo recitando. Sic Spondanus ad annum 1334. histor. univers. parisiens. ad eundem annum, Natalis Alexand. resol. 14. disp. 11. art. 2. Juven. dist. 4. cap. 2. Card. Petra in contr. 4. Benedic. XII. n. 12. Secundo ex verbis ipsiusmet Pontificis in epistola ad Philipp. Vales. Regem: "Adhuc in iisdem literis regis vidimus contineri, quòd à pluribus dicebatur, quod Nos miseramus Geraldum Generalem Minorum Parisiis ad docendum, & prædicandum, quod anima separata à corpore, & à pœnis purgatæ divinam essentiam usque post resurrectionem corporum non videbit; ad quod dicimus, ut asserimus coram Deo, quod nunquam hæc nostrum intravit, nec exivit ab ore." Sic Wading. in regist. ad annum 1333. Card. Petra ubi supra n. 13. & hanc fuisse suam mentem clarius constat ex aliis ipsius Pontificis verbis in epistola relata à Guarnieri l. 2. de ecclesia militante cap. 22. n. 130. "Ecce, ait Pontifex, ecce quod nostram intentionem, quam circa statum animarum habemus, & habuimus, serie presentium declaramus; Fatemur siquidem, & credimus, quod animæ purgatæ separata à corporibus sint in celo, celorum regno, & paradiso cum Christo in consortio Angelorum congregatæ, & vident Deum facie ad faciem, & divinam essentiam clare in quantum conditio, & status partitur animæ separata." Matheuci controvers. 6. cap. 4. num. 59. & Joannes Villanus lib. 11. cap. 9. dicit intellexisse ex fratre suo, qui in palatio ipsius Joannis XXII. commemorabatur, ipsum Pontificem die 3. Decembris 1334. palam professum fuisse hanc sententiæ se habere, & antehac se habuisse, & sic Maimburg ipse lib. 6. de Imperij occasu, Wading. & Cardin. Petra loc. cit. n. 130. 30. &

BIBLIOTECA CENTRAL U.A.R.L.

30 & sic ex Bulla canonizationis S. Ludovici Episcopi Tolosani incip. Sol oriens in §. 18. expressè dicit: Tandem gloriosus resolutus in mortem, qui hic vivus ambulavit in innocentia à medio domus sue ad Deum suum contemplandum in gaudio facie revelata (nota) in sua innocentia est ingressus; & similia habet in Bulla canonizationis S. Thomæ de Aquino incip. Redemptionem, in qua apertissime proficitur, *Calum credentibus; & humilibus patere. A Christo in calos ascendente reserata dudum clausam in se credentibus janua paradisi.* Ipsum Sanctum Thomam devoto, triumphatoque mundo in perpetuas aternitates receptum, in patria ejus animam caelum possidere: Et pariformia habet etiam in Bulla canonizationis S. Thomæ Herfordiensis Episcopi incip. Unigenitus, ex quibus omnibus clarissime patet, fuisse Joann. XXII. sententiæ contrariæ, cum nullimodè potuisset ita loqui, si beatitudinem Sanctorum ad extremum usque Judicii diem differri credidisset.

31 Animas iustorum ante diem Judicii visuras esse intuitivè Deum post purgatum poenam, si cum aliquo reatu ex hac vita decesserint, expressè definit Benedictus XII. in sua constit. incip. Benedictus Deus, præcisè his verbis: "Definitum quod secundum communem Dei ordinationem animæ Sanctorum omnium mox post mortem suam, & purgationem prælatam in illis, qui purgatione humilissimo indigebant, etiam ante resurrectionem suorum corporum, & Judicium generale post Assumptionem Domini Nostri Jesu Christi in caelum fuerunt, sunt, & erunt in caelo caelorum regno, & paradiso caelestium Christo, Sanctorum Angelorum consortio aggregatæ, & post Christi Jessu passionem, & mortem viderunt, & vident, & videbunt divinam essentiam immediatè se benè, & clarè, & apertè illis ostendentem, & quod nihilominus in die Judicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt reddituri de factis propriis rationem, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum, sive malum." Quod autem hoc non determinaverit Joannes XXII. est, quia cum ad decisionem se prepararet, fuit mortè prævenit, ut testatur idem Bened. XII. in cit. constit. Benedictus Deus, his verbis: "Cumque idem prædecessor noster, ad quem prædictorum determinatio pertinebat, ad decisionem se pararet, tamen morte prævenit, sicut Domino placuit, perficere illud nequivit."

ANNIVERSARIUM.

SUMMARIUM.

- 1 ANNIVERSARIUM quid sit, ad n. 2.
- 2 Anniversaria, & missa de requiem quando possint celebrari, ad n. 4.
- 3 An possint transferri, ad n. 7.
- 4 In anniversario ann missa necessario cantanda sit, ad n. 9.
- 5 Anniversarium ordinatum indefinitè an sit perpetuum, ad num. 12.
- 6 Onera imposita pro anniversariis.
- 7 Anniversarium relictum à testatore quando cesset, ad num. 15.
- 8 Indultum pontificum an suffragetur absentis, quando testator pro suo anniversario exigit corporalem præsentiam, ad num. 26.
- 9 Supplementa Auctoritatis, ad n. 43.
- 10 Item Addition. ex aliena manu, ad n. 51.
- 11 ANNIVERSARIUM secundum gloss. in cap. Cum creatura, de celebratione missarum, dicitur quod pro Defuncto fit anno revoluto à die mortis sue. Unde in communi, & stricto sensu sumitur anniversarium pro onere, seu adimpletione oneris impositi ad suffragia singulis annis pro defunctis impatienda ea anni die, qua accidit, & recurrit mors Institutoris. Anniversaria, & missæ de requiem, quæ ex dispositione testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari etiam ipsorum obitus dies incidit in festum duplex majus, ut decrevit Sac. Congreg. Rit. 22. Novemb. 1664. & Alexand. VII.

22. Jan. 1667. in decreto incip. Credite. Advertendum hic tamen est, quod decretum loquitur de anniversariis, & missis cantandis ex dispositione testatorum, non autem ad placitum vivorum. Anniversaria, & missæ de requiem, quæ certò die dici debent, ut die tertia, septima, & trigesima, eo impedito transferri possunt in sequentem diem, Sac. Rit. Congr. 27. Septemb. 1607. & 19. Maji 1614. Cersetus autem, Raymundus, & La Croix l. 6. p. 2. n. 510. rectè dicunt anticipari posse, ut citius succurratur defunctis. Unde clare patet, nullimodè cani posse missas de requiem ad solum placitum vivorum in duplicibus, & quandocumque est officium excludens duplicia; cum possit sic satisfieri eorum piæ voluntati, & petitioni, vel anticipando, vel transferendo in diem non impeditam, ne violentur rubricæ, & decreta hoc vetantia.

Habens in junctum onus faciendi celebrari anniversarium quindecim v. g. vel viginti missarum pro anima fundatoris, non tenetur celebrari facere missam cantantam, quia nisi aliud exprimitur in fundatione, tale anniversarium intelligitur de quindecim, vel viginti missis privatis eadem anniversaria die celebrandis in loco Hæredi, seu Beneficatio benevis. Sac. Congr. Conc. in Placentina 3. Januar. 1691. Ipsæ tamen missæ private, licet legatæ de mente testatoris, nequeunt dici & legi de requiem, si ejus dies anniversaria incidat in duplici, & quandocumque est officium excludens duplicia; Sac. Congr. 28. Augusti 1007. & 21. Junii 1670.

Anniversarium ordinatum à testatore pro anima sua sine declaratione, an pro unica vice, vel an in perpetuum, præsumendum est pro perpetuo, quia in dispositione indefinita quando dispositum est iterabile, non intelligitur de unica vice, per textum in leg. Cum quidam, ff. de ann. legat. prout explicat Cumanus in leg. Eum qui Kalendis in princip. de verb. significatione; sed dies anniversaria recipit reiterationem, ut eleganter tenent Lancelottus dec. in dicit. leg. Cum quidam, & Barbosa in leg. Divortio, §. Quòd in anno 11. ff. solut. Matrimon. Anniversarium enim secundum communem conceptum non restringitur ad unum annum, ut dicit Perez de anniveris. §. capell. lib. 1. §. 3. num. 13. Et ad hoc faciunt textus in l. Anna 20. §. Attia, ff. de annu. legat. ubi cum Attia disposuisset, ut ex redditu cœnacula, & hori sui post ejus obitum daretur quadam summa Sacerdoti, aliisque ministris in die nundinarum, quas ibi posuit, responsum fuit, quod illa summa non semel tantum, sed in perpetuum danda esset. Et etiam textus in leg. Defuncta in fin. ff. de usufructu, ubi cum esset legata sexta pars fructuum oleis, quam testator habebat in agro, responsum fuit, non pro anno, sed quotannis intelligi relictum. Sic Perez de anniveris. & capellan. lib. 1. cap. 3. n. 9. & seq. per tot. & alii plures ab ipso cit. cum Rosignol. de Eucharist. quest. 23. art. 3. num. 3.

Onera in fundo imposita pro anniversariis transeunt cum eodem fundo, quia testator, ex quo fundum illum assignavit pro onere anniversarii, ut ex ejus fructibus, seu redditibus onus ejusdem persolvatur quotannis, intelligitur ipsum fundum obligasse, per illam enim assignationem talis fundi quodammodo separavit ipsum fundum à cetero corpore suorum bonorum, seu suæ hæreditatis, ut firmiori vinculo fundum illum obstringeret, ne obligatio anniversarii facile dilaberetur; & patet à pari, quia quando testator assignat determinatum fundum pro alimentis alicui præstandis, tunc fundus ille intelligitur hypothecatus pro eisdem alimentis, ut notat glossa in leg. Lucius, de aliment. leg. textus in leg. 2. ff. eodem tit. adeoque idem dicendum est, quando assignatur fundus pro anniversariis, ut expressè tenet Guido Papa dec. 576. Salaz. de usu, & consuetudine cap. 21. n. 34. Tiraquel. Petrus, Jacobus, Mascardus, Rosignol. & alii passim.

Anniversarium relictum à testatore, ut celebraretur pro anima sua in ecclesia, in qua statuit sepeliri, cessat si testator culpabiliter se ipsum occiderit, aut in puteum se proiecerit, c. Pro obuentibus 13. q. 2. ubi pro impiis, qualis esset, qui culpabiliter se interfeceret, expressè prohibetur orari his verbis: Non tamen pro impiis, quomvis christiani fuerint, tale quid agere licebit; ex quo autem per hanc sanctionem Gregorii Papæ oritur prohibitio oran-

orandi, & adimplendi legatum, legatum ipsum desinit per textum in leg. Cum late §. Falsam, §. de condit. & demonstr. & leg. Si quis ita legaverit §. fin. ff. de adim. leg. Sic Perez de anniveris. & capell. lib. 1. cap. 11. fore per totum, Turrec. Covarrub. Menoch. Rosign. & alii passim. Si autem anniversarium fuerit ordinatum à testatore pro sua anima & animabus suorum, non cessat quavis testator culpabiliter se ipsum occiderit, quia licet tale anniversarium non possit consequi effectum in favore testatoris, qui se ipsum culpabiliter occidit; potest tamen consequi in favorem aliorum, in quorum suffragium est institutum: in hac enim, & simili dispositione æque principaliter veniunt suffragia pro animabus suorum, nec sunt ita necessario connexa suffragia pro animabus suorum cum suffragiis pro anima sua, ut istis cessantibus, debeant etiam illa cessare, sicut illa non cessarent, etiamsi certo constaret, testatorem suffragiis non amplius pro se ipso indigere, ex quo certo sciretur ipsum esse in Gloria perfectè beatum.

Anniversaria non fixa, & alia similia, quæ ex expressa voluntate testatorum, & fundatorum prohibentur dari absentibus ex quacumque causa, & jubentur dari solummodo ipsis physicè & corporaliter interistentibus, non participantur ab hærentibus Indultum à Papa, ut etiam in absentia possint participare omnes, & quocumque distributiones ordinarias, & extraordinarias, & quocumque nomine nuncupentur. Et ratio est, quia testator conditionem, ac legem, quam vult, in suo testamento, & legatis, rebusque suis dare, & apponere potest; leg. in re mandata, cod. mandata. leg. Cum acutissimi in fin. cod. de Fideicom. l. Ex facto ff. de hered. instit. Quæ non minus, quam leges Juris communis servandæ sunt; l. Plane 97. §. 1. de Legatis l. l. Paulo 27. §. 1. ff. de Legat. III. & contra quas nunquam præsumitur Papam voluisse dispensare, Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 43. n. 63.

Immo Papa potius piæ voluntati testatorum adheret, quam præjudicat, ut rectè dixit Rota Rom. part. 9. dec. 158. n. 24. Nec obstant verba illa generalia in Indulto apposta, scilicet, omnes & quocumque distributiones ordinarias, & extraordinarias, & quocumque nomine nuncupentur; quia hæc restringi debent solummodo ad eas, quæ debentur ex provisione Juris communis, non autem ex provisione hominis, quæ facit cessare provisionem legis; & dum Papa huic hominis provisioni spectatim, & expressè non derogat, ejus scripta, & Indulta secundum dispositionem Juris communis semper interpretanda sunt, cap. Cum dilectis, & ibi glossa verb. Jure communi de consuet. Cassad. dec. 38. n. 7. super reg. Gonzal. ad reg. 8. gloss. 4. n. 135. Passerin. c. unic. de Cleric. non resident. in 6. n. 133. Moneta, Cened. Castrop. Panimol. Pignat. tom. 9. consuet. 134. n. 11. Rota part. 3. dec. 194. n. 3. part. 4. tom. 2. dec. 361. & part. 7. dec. 59. n. 7.

Et sic fuit pluries decisum à Sacra Congregatione, & signanter in Neapolitano indulto, quod fuerat concessum Canonico Neapolitano causa studii cum sequentibus verbis: "Omnia, & singula dicti canonici, præbendæ, proventus, fructus, redditus, jura, & emolumenta quæcumque, nec non distributiones etiam quodolibet nuncupatas, ordinarias, & extraordinarias quomodolibet nuncupatas, & in quibusvis rebus consistentes, ac undecumque provenientes, ac etiam solis presentibus, & divinis officiis, & singulisque diurnis, & nocturnis horis interistentibus dari, & præstari solitas, & ad te si in dicta ecclesia personaliter resideres, ac officiis, & horis prædictis assidue interesset, spectantibus, & pertinentibus, percipere, & exigere &c." Disputatis subscriptis dubiis in Sac. Cong. Conc. 20. Februar. 1677. Primo, "An Canonico Ragna debeantur integræ distributiones quotidianæ & omnia, quæ loco distributionem quotidianam succedunt? Se-

cundo, an emolumenta interissentium anniversariis? Tertio, funeribus? Quarto, missis assignata? Sac. Cong. respondit affirmativè quoad distributiones, in reliquis negativè. Et idem respondit Sacra Congreg. Episcop. in Monopolitana 9. Sept. 1667. Et idem in una Bituntina anniversariorum, in qua cum quæritum fuisset, an vigore Indulti Jubilationis Canonici Jubilatus percipere valeret, perinde ac si choro personaliter interesset, emolumenta anniversariorum? Sac. Congr. Concilii die 11. Julii 1679. respondit negativè. Et similiter in Romana 5. Martii 1678. in Novariensi. 29. Novembr. 1681. & Perusina 17. Julii 1688. ubi fuit decisum Canonico Jubilato deberi etiam, quæ proveniunt ex emolumentis processionum, & anniversariorum, & aliorum, dummodo testatorum voluntas non obstat. Et sic etiam in Romana Jurium Canonical. 5. Maji 1703. in qua ad dubium: "An Indultum vacandi à choro, aliisque divinis officiis, ex causa infirmitatis concessum, valeat etiam pro laudæmiis, quindennis, capitulis, anniversariis, festivitibus, processionibus, ac quibuscumque functionibus in ecclesia peragendis, ita ut lucrari debeat omnia emolumenta, communia nuncupata, & etiam vicualia, & scandelas? Respondit affirmativè, etiam quoad laudemias, exceptis anniversariis, & aliis obventionibus non fixis, & in quibus diversimodè fuerit à testatore dispositum;" quæ etiam confirmata fuit die 20. Julii 1705.

Ex quibus omnibus satis constat, quod Indultum quantumcumque amplum non comprehendat anniversaria non fixa, & pro solis vere, & corporaliter interistentibus à testatore relicta, nisi in indulto sit expressa voluntas Papæ testatoris menti clare derogantis, & etiam talia anniversaria Indultario explicite indulgentis.

Nec talia anniversaria possunt reponi in distributionibus quotidianis per Episcopum, quia commutato voluntatis testatorum spectat ad Summum Pontificem, ut declaravit Sac. Congreg. Conc. in Elboreni. 12. Martii 1599. Anniversaria autem fixa & alia similia, in quibus non adstricta dispositio testatoris, & fundatoris participantur ab Indultariis, ac si personaliter interessent, cum taliter privilegiati pro interistentibus habeantur, quia licet Papa non faciat vere presentes tales privilegias, quæ revera tales non sunt, facit tamen tales quoad effectus inde resultantés, cum ficio Principis idem operetur, ac veritas, & sic fici presentes habeantur pro vere presentibus, ut egregie Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 51. n. 45. & l. 3. q. 15. n. 64. q. 52. n. 45. & l. 3. q. 15. n. 64. & 65. Pignat. tom. 3. cons. 19. n. 33. & seq. ubi dicit, sic observari in Basilicis Urbis quoad dispensatos per breve, & sic tenuit Rota dec. 1251. n. 16. & 17. coram Seraphino.

(Attente addit. hispan. verb. Bona, vers. Si fundum & seq. verb. Donatio, verb. Legatum, incip. Quod heredes, verb. Quarta funeralis, verb. Testamentum, vers. Agendo usque ad vers. In hæredis, inclusive, & animadversis: nihil mirum, si adnotatio quælibet prætermittatur. Verumenimverò juri non adversante testatoris voluntate leg. 4. 7. & 33. tit. 9. p. 6. modis omnibus est adimplenda; & tantis dispositionibus, quæ circa presentem materiam valent adferri, alibi referendæ, animus ne detineatur, vide etiam titulos ex l. usque ad 15. p. 6. ubi de ultimis agitur voluntatibus: recognosce præsertim 9. in quo per octo & quadraginta leges de legatis per ultima elogia relicta tractatur: per consequens de omnibus ad hæc donationes concernentibus: & 10. de ultimarum voluntatum executionibus: neque erit extraneum tamquam in multis conformiter in mente retinere tit. 3. lib. 5. For. Reg. præcipue ejus leg. 1. 2. 3. 4. 9. 12. & 13. etiamque 1. 2. & 3. tit. 2. lib. 5. Reg. Ord. Conducit lex 11. tit. 6. lib. 5. Recop. Cast. eadem cum 27. Tauri, per quam de tertio & quinto respectivè meliorationis subsistenten-

Quocumque in specie, confitendum videtur cessare: eo quòd stabilitum manet eum, qui manus violentas sibi usque ad interfectionem intulerit, omnium bonorum confiscationis poenam incurrere, præterquam si filios, aut descendentes alios habeat: (1) & omnia bona amittendo, necessariò ruit anniversarii fundamentum.

(1) Ley 8. título 23. libro 8. Todo hombre, ó muger que se matare á sí mismo, pierda todos sus bienes, y sean para nuestra Cámara, no teniendo herederos descendientes.

- tentia decernitur; leg. 1. tit. 2. 1. tit. 3. 2. & 43. tit. 6. lib. 1. Ind. similiter favent, nam conceditur pia opera, stante regia licentia, posse fundari: ne despicias super huius necessitatis venia add. hisp. verb. Confraternitas, Conventus, & Ecclesia, in quibus ad literam ex isdem legibus aliqua recensentur; Reg. Instructio. verb. Eleemosyna adnotata, postridie nonas mensis Maji anno 1778. expeditam, de verbo ad verbum perlege, in eaque adverte, quomodo executioni ultimatum voluntatum per supremam regia tribunalia consuitur.)
- 27 \* Anniversarium, uti jam diximus supra num. 1. secundum glossam in cap. Cum creatura, de celebratione missarum, numerari debet ad die obitus illius, pro quo celebrandum venit, & non ad die sepulture, ut colligitur etiam clare ex verbis sequentium decretorum, recurrense obitus die, & clarius ex verbis decreti 19. Junii 1700. ibi: Dummodo sermo sit de die vere anniversaria ad die obitus. Ubi ly. vers. expressè declarat veram, & non fictam diem obitus. Nec obstat ly. depositionis diem in anniversarii missa reperitur, cum talis dies aequè proprie pro die obitus aptus sit recipi, ubi dies obitus non nisi improprie pro die sepulture accipi valet, ut recte exponit doctus P. Cavalieri l. c. cap. 4. n. 7. qui tamen ibid. n. 8. aliter censet de diebus tertia, septima, & trigesima, credens harum numerationem petendam esse non ad die obitus, sed ad die sepulture, ut & nos docebitur sub verb. Missa arr. 14. n. 15. quamvis non desint, ut ipse refert l. c. n. 6. qui ex verbis collectæ missæ Pro anima famulati, quam hodie de hoc seculo migrare iussisti, liberum censeat ab utroque die numerationem petere, cum ecclesia per dicta verba videatur totum temporis spatium ab instanti mortis usque ad sepulturam pro uno die reputare in favorem recens mortui; quod revera sine contradictione à variis in praxim deduci in dies conspiciuntur.
- 28 Anniversaria, & missæ cantatæ de requiem relicta ex dispositione testatorum, quotannis in die ipsorum obitus, etiam in duplici majori contingenti possunt celebrari, & proinde in decreto die 5. Augusti 1662. edito non comprehenduntur; S. R. C. 22. Novemb. 1664. in Novarien.
- 29 Anniversaria, & missæ de requiem, quæ ex dispositione testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandæ, possunt cantari, etiam si ipsorum obitus incidit in festo duplici majori, non tamen de præcepto; Sac. Rit. Cong. 20. Julii 1669. annuente Clemente IX. 13. Augusti ejusdem anni in decreto generali.
- 30 In anniversario occurrente in festo duplici 2. classis non potest cantari missa de requiem; Sac. Rit. Cong. 6. Julii 1698. in Collen.
- 31 Infra octavas privilegatas non potest cantari missa defunctorum in anniversario, & officio solemnibus; S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen.
- 32 Missæ cantatæ mortuorum infra octavam Corporis Christi non sunt celebrandæ, nisi præsentè Corpore; S. R. C. 12. Septemb. 1671. in Nuscana.
- 33 Anniversaria, & aliæ missæ pro defunctis certo die dicende, eo impedito, possunt transferri in diem sequentem; S. R. C. 17. Septemb. 1608.
- 34 Ex privata devotione parochianorum petentium sæpius per annos anniversaria pro defunctis parentibus, fratribus, amicis, & aliis defunctis, potest in ruralibus ecclesiis cantari missa solemnibus de requiem in festo duplici minori, altera missa cantata de festo, ubi adsunt plures, vel saltem duo Sacerdotes, dummodo sermo sit de die obitus; Sac. Rit. Cong. 19. Junii 1700. in Curien.
- 35 Anniversaria, sive missæ quotidianæ cantatæ de requiem relicta ex dispositione testatorum pro certis diebus, hisque impeditis die dominico, seu alio festo de præcepto, cantari possunt in diebus subsequentibus, seu antecedentibus, in quibus occurrunt officia de duplici majori, non tamen de præcepto, præcipue de Sanctis alicujus ordinis, non relicta tamen missa in cantu de duplici minori occurrente, quatenus adsit obligatio cantandi; S. R. C. 4. Maji 1686. in una Canon. Regul. Later.
- 36 In ecclesiis parochialibus ruralibus, in quibus per annum plerumque unus tantum Sacerdos celebrat, & sine cantu potest dici missa de requiem, quando anniversaria ex testatorum dispositione, recurrense obitus die, inci-

dunt in festum duplex minus. Non idem tamen dicendum est de diebus 3. 7. & 30. sed servetur decretum generale editum 5. Augusti anno 1662. quod incipit. Cum Sanctissimus; Sac. Rit. Cong. 19. Junii 1706 in Curien.

In diebus relicta testatore 3. 7. & 30. missa solemnibus de requiem potest cantari etiam in duplici majori, dummodo non sit festum de præcepto, & non sit duplex 1. vel 2. classis; S. R. C. 27. Septemb. 1669.

Non valentes satisfacere anniversariis defunctorum in diebus feriabilibus, possunt ipsa adimplere in festis duplicibus, non tamen de præcepto; S. R. C. 3. Martii 1629. in Papien.

Anniversaria, & missæ de requiem, quæ certo die dici debent, eo impedito, transferri possunt in sequentem, prout transtulit S. R. C. 19. Maji 1614. in Turritana.

In die anniversarii, & depositionis non potest cantari missa defunctorum loco conventualis; S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen.

Missæ conventualis non potest celebrari pro anniversario, sed cantandæ sunt duæ missæ. In die vero depositionis dicenda est missa pro defuncto, non obstante contraria consuetudine; S. R. C. 12. Julii 1628. in Januen.

Quando adest obligatio, & onus faciendi diversa anniversaria statis diebus, in quibus occurrunt festa duplicia, sive semiduplicia, nec non etiam tempus quadragesimale, & quartortempora, vigilia, & similia, missa conventualis nullo pacto est omittenda, sed utraque missa cantanda est, altera de die, altera de requiem, etiamsi occurrat festum duplex, dummodo non sit festum de præcepto, ad hoc ut testatorum voluntates adimpleantur, & licite eleemosyna lucrari possit, ut declaravit S. R. C. 1. Sept. 1667. in Pampili. & 29. Nov. 1618. in Januen.

Convivia, & prandia tolerari possunt in anniversariis defunctorum, ubi est consuetudo, præsertim si ita à defuncto cautum fuisse in dispositione testamentaria, habita ratione pauperum, qui de illis participant, sed providendum erit, ut absit excessus sumptuum, & quidquid potest esse scandalum; Sac. Cong. Episc. 6. Decemb. 1588. Sic prædicta decreta refert, & scite explicat eruditissimus P. Cavalieri in Agenda Defunctor. \* (Vide prædict. instruct. n. 26. cit. in §. 7. ubi hoc præcautum reperitur.)

¶ Num Episcopus ea, quæ secundum Concil. Trident. res. 25. cap. 4. de Reform. pollet facultate reducendi in synodo diocesana numerum missarum, uti possit quoad anniversaria, consule Fagnan. in cap. Ex parte num. 30. de Constit. Tum an Episcopus valeat immutare anniversaria in missas conventuales de die, ad Pasqual. de Sacrif. nov. Leg. tom. 2. tit. de reduc. missar. q. 188. per tot.

De questione, quam tractat Auctor. num. 10. an scilicet anniversarium ordinatum à testatore pro anima sua nullo alio expresso censi debeat perpetuum, confer Louvrex dissert. can. 23. num. 46. & plur. seq.

Quid juris si quis ecclesiam, in qua sepulturam elegit, legatum reliquit pro anniversario, & deinde mutato consilio alibi sepeliri voluit, legato expressim haud revocato, vide Louvrex loc. cit. n. 50. & seq.

Sit testator fundum aliquem vel redditum annuum præ-existentm & antea constitutum pro anniversario reliquerit, fructus & proventus ab ecclesia percipiendi sunt ea die qua cedunt. Sin autem testator reddidit annum ab hærede suo præstari voluerit, solutio faciendæ est eo tempore, quo anniversarium celebrari debet, Louvrex cod. loc. num. 52. Quod si fundus vel redditus annuus, super quo fundatum est anniversarium, in totum vel partem perierit, magna questio est an ab hærede alius sit præstandus? Alibi de ea agemus; interim legendus Louvrex ubi supra à num. 355.

(Videbatur affirmari posse, re legata, perempta, aut deperdita, ex qua ad anniversarii substantiam redditus annui proveniebant, ad nihil possessorem teneri, neque ad rei æstimationem neque redditum præstationem; Si, dum hæres tenetur rem legatam præstare, ejus obligatio dissolvitur, deperdita, aut perempta leg. 41. tit. 9. p. 6. re donata, nulla ex parte sua stante culpa, negligentia, vel mora, patet anniversarium cessare.)

De absentibus ex causa infirmitatis, ex causa studii, ob

## ANNULUS. SUMMARIUM.

- 1 Annulus prius ad signandum sunt adinventi.
- 2 Annuli signatorii, & sigilla promiscue fuerunt usurpata ab utroque jure.
- 3 Progressu tamen temporis ad virorum, & mulierum ornatum, & luxuriam, ut in dies cernitur, fuerunt mutati.
- 4 Annulus Piscatoris quid sit?
- 5 Quare dicatur annulus Piscatoris?
- 6 Hic annulus Piscatoris maxima custodia servatur ab intimo Papæ familiari, & post Papæ mortem statim frangitur per Cardinalem Camerarium.
- 7 Annuli usus in missa prohibetur protonotariis non participantibus, & Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium.
- 8 Possunt tamen Canonici missam celebrare cum annulo aureo, & de rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie. Benedictus tamen XIII. novissime in Concilio Romano statuit in missæ celebratione esse deponendum.
- 9 Communionem de manu Episcopi capiens, antequam capiat ipsam communionem, debet manum Episcopi osculari, non autem annulum.

ANNULI primum ad signandum sunt adinventi. Et hoc initium constat ex leg. civili, cum causa custodia usurpetur, in leg. Cum pater, §. Pater filibus, ff. de legat. 2. & leg. Argento, & ornamento, ff. de auro, & argento legat. & Macrobi. lib. 7. Satur. cap. 13. expulset ait: Veneres non ornatu, sed signandi causa annulum circumferbant; & idem dicit Polydorus. Virg. lib. 2. cap. 21. Card. Petra, tom. 1. §. 3. Proemial. num. 50. & aperte colligitur ex pluribus sacræ scripturæ locis, vetustissimum fuisse morem annulos pro obsignando adhibere, ut 3. Regum, cap. 21. num. 8. ubi de Jazebele contra Naboth habetur: Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signavit eas annulo ejus. Esther, cap. 3. num. 12. de Aman nomine Assueri contra Judæos habetur: Literæ signatæ ipsius annulo missæ sunt per Cursos Regis. &c. Esther, cap. 8. num. 8. habetur, signantes literas annulo meo, & ibid. num. 10. Ipsæque epistola... annulo ipsius obsignatæ sunt. Daniel. cap. 6. num. 17. de lapide supra lacum Leonum habetur, quem obsignavit Rex annulo optimatum suorum; & ibid. cap. 14. num. 10. de ostio templi Bel habetur: Signa annulo tuo; & numer. 13. signantes annulo Regis. Hinc annuli signatorii, & sigilla promiscue fuerunt usurpata ab utroque jure, ut in Canon. 1. dist. 73. & in leg. Signatorius 74. ff. de verb. significat. leg. Argumento 25. §. Ornamenta, ff. de auro, & argento legato, Progressu tamen postea temporis cum usus luxuriantis ætatis hos annulos signatorios pretiosis gemmis ceperit decorare, quod prius ad signandum fuerat adinventum, ad virorum, & mulierum ornatum, & luxuriam, ut in dies cernitur, fuit mutatum.

Annulus Piscatoris est signum, seu sigillum illud ex cera rubra, quo signantur Brevia. Et dicitur annulus Piscatoris, ex quo contineat imaginem divi Petri modo quo è navicula in mari piscabatur, & eo simpliciter usum fuisse divum Petrum traditur, ut optime de suo more observat Eminentissimus Petrus, tom. 1. comment. ad const. Apost. §. 2. Proemial. num. 1. & 2. Hinc annulus Piscatoris maxima custodia servatur ab intimo Papæ familiari, & post Papæ mortem statim frangitur per Cardinalem Camerarium, id. ibid. n. 9. Annuli usus in missa prohibetur Protonotariis non participantibus, & Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium. Sac. Cong. Rit. 13. Februar. 1625. & 20. Novembr. 1628. Possunt tamen Canonici missam celebrare cum annulo auro, & rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie; Sac. Cong. Rit. 4. August. 1663. Benedict. XIII. in Conc. Rom. tit. 16. c. 3. statuit in missæ celebratione es-

obutiltatem ecclesie, tum de Canonicis in servitio Episcopi occupatis, & demum de Canonicis jubilatis, an & quando participant de anniversariis, videndus idem Louvrex, in pluries citata dissert. 23. à num. 36. ¶

## ANNUNTIATIO BEATÆ MARIE Virginis.

### SUMMARIUM.

- 1 Si festum Annuntiationis B. M. Virginis occurrat in feria 6. in parasceve, vel in sabbato sancto, transferatur ejus officium cum præcepto audiendi missam, & vacandi ab operibus servilibus, ad feriam secundam post dominicam in Albis, protrahendo ad aliam diem festam in ea occurrentem, nisi fuerit duplex primæ classis.
- 2 Notandum primo, quod si alicubi in prædicta feria secunda occurreret duplex primæ classis, ibidemque Annuntiatio celebraretur sub eodem ritu, adhuc duplex illud esset transferendum, & celebranda Annuntiatio.
- 3 Notandum secundo, quod licet Annuntiatio sit secundæ classis, si tamen haberetur reponendum officium translatum primæ classis, nihilominus in prædicto casu esset agendum de Annuntiatione.
- 4 Notandum tertio, quod protrahenda ulterius Annuntiatione ob festum altioris ritus in ea occurrens, non ideo protrahenda est obligatio audiendi missam, & vacandi ab operibus servilibus.
- 5 Si simul transferenda sint festa S. Joseph, & Annuntiationis, prius reponatur Annuntiatio, deinde S. Joseph.
- 6 Annuntiationis festum non licet celebrare in majori hebdomada.
- 7 Nec potest fieri ejus officium in dominicis quadragesimæ, nisi in ecclesiis sub Annuntiationis invocatione dedicatis.
- 8 Superrima concessio Clementis XIII. quoad Annuntiationis festum in diocesi Venetiarum.

Si festum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis occurrerit in feria sexta in parasceve, vel in sabbato sancto, transferatur ejus officium una cum præcepto audiendi missam, & vacandi ab operibus servilibus, ad feriam secundam post dominicam in Albis, protrahendo ad aliam diem festam in ea occurrentem, nisi fuerit duplex primæ classis; Sac. Rit. Congreg. 11. Martii 1690. Notandum primo, quod si alicubi in prædicta feria secunda occurreret duplex primæ classis, ibidemque Annuntiatio celebraretur sub eodem ritu, adhuc duplex illud esset transferendum, & celebranda Annuntiatio. Notandum secundo, quod licet Annuntiatio sit secundæ classis, si tamen haberetur reponendum officium translatum primæ classis, nihilominus in prædicto casu esset agendum de Annuntiatione. Notandum tertio, quod protrahenda ulterius Annuntiatione ob festum altioris ritus in ea occurrens, non ideo protrahenda obligatio audiendi missam, & vacandi ab operibus servilibus. Si simul transferenda sint festa S. Joseph, & Annuntiationis, prius reponatur Annuntiatio, deinde S. Joseph, non obstante decreto edito in contrarium sub die 12. Junii 1728. decretum est 14. Junii 1692. Annuntiationis festum non licet celebrare in majori hebdomada. Sac. Rit. Congreg. 15. Martii 1614. Nec potest fieri ejus officium in dominicis quadragesimæ, nisi in ecclesiis sub Annuntiationis invocatione dedicatis. Sac. Rit. Congreg. 2. Septembris 1612.

Demum SS. D. N. Clem. XIII. sub die 19. Julii 1760. concessit, ut Annuntiationis festum in diocesi Venetiarum celebraretur cum octava, etiamsi transferendum occur-

BIBLIOTECA CENTRAL  
U. A. N. L.

- 9 se deponendum. Communionem de manu Episcopi capiens, antequam capiat ipsam communionem, debet manu Episcopi osculari, non autem anulum; Bauldry in *manuali sacer. caerem. cap. 29. num. 4.* & alii.
- 10 Episcopi inter reliqua sui Ordinis insignia traditos annulos, mille & amplius annorum testimonia habentissimis libris, tum &c. Verba sunt Cardinalis Bonaer. Liturg. leg. 1. cap. 24. §. 18. Item primis etiam ecclesie seculis, Christiani utebantur annulis nuptialibus, quos ferreos fuisse scribit Tertulianus de habitu mulierum, cap. 15. Videndus Clemens Alexandrinus, leg. 3. *Padag. cap. 11.* (Vide add. *hispan. secund. verb. Probatio, & verb. Sigillum, cum leg. 44. tit. 18. part. 3. l. iii. §. lib. 3. For. Reg.*)
- 11 Annullus ferre prohibitus est Clericis, iis exceptis, quibus competit ex officio dignitatis, cap. 15. de vita, & honestate Clericorum. Hic autem, quibus competit ferre annulum ex officio dignitatis, sunt Episcopi, & Abbates, quibus quoque Pontificalium est concessum: Confer Gonzalez, in *disq. cap. 15. de vita, & honestate Clericorum, num. 13.*
- 12 Plura de annulis congesserunt Kochier in *face histor. cent. 2. cap. 12. & 97.* Henricus Kidsecius de *jure aurei annuli*, Calvin. in *Lexic. & Du-Cange in Glossario ad Scriptores med. & infim. Latinit. verb. Annulus.*
- 13 Annulli tamquam ornamenta pontificalia meminit verus Ordo Romanus, ubi & tres verborum formule, per quas annulus tradit possit, referuntur; quarum sola tertia hodiernis formulæ conformis est.
- 14 Et ante annos mille Concilium Toletanum IV. Can. 28. ornamentis episcopalibus annumeravisse annulum constat: ut proinde hanc ceteroniam jure merito admodum antiquam dicat Morinus, de *sacris ordinat. cap. 2. num. 5.*
- 15 Attamen quia apud Alcinum, Amalarium, & Rabanum de annulo summum est silentium, argumentum est sat plausible, series in Gallia, & Germania fuisse notam hanc ceteroniam.
- 16 Græcos quoque Episcopos annuli usum ignorare, testatur Jacobus Goar. in *notis ad Rituales Græcorum.*
- 17 Quidam sicut de antiquitate hujus ritus, formula, qua utitur Consecrator Episcopos, annulum in digitum annularem dextere manus consecrati immittens, hæc est: *Accipe annulum fidei scilicet signaculum; quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet ecclesiam, intemerata fide ornatus, libere custodias.*
- 18 Quoad annulum sponsalium, sive nuptialem, Rituale Romanum prescribit, ut sponsus annulum benedictum de manu sacerdotis acceptum imponat digito annulari sinistrae manus sponse, Sacerdote dicente: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*
- 19 Apud veteres antiquissimus est annuli usus, tam enim apud Romanos, quam apud Hebræos moris fuisse, ut in omni pactione loco arrhæ annulus daretur, ex Plinio, & Historia Sacra; Genesis 38. observat Baroniæ ad annum 57. atque ex hujusmodi usu fluxisse videtur, ut cum spondentur nuptiæ, sponsus, loco arrhæ, sponsæ det annulum.
- 20 Apud antiquos christianos annulis sponsalibus inscriptum fuisse signum fidei, quod est hieroglyphicum amoris, & concordie, monet ibidem Baroniæ.
- 21 Hanc annuli significationem non obscure insinuat Nicolaus I. in responsis ad Bulgaros apud Gratianum, *ed. 30. quest. 5. Canon. 3.* Postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitam descendit. Et apertus Isidorus apud item Gratianum *ibidem Canon. 7.* Quod in primis nuptiis annulus a sponsa sponse datur, sit hoc nimirum vel propter mutua fidei signum, vel propter id magis, ut eodem pig-nore eorum corda jungantur. Unde & quarto digito annulus idem inseritur, quod in eâ vena quedam (ut fertur) sanguinis ad cor usque perveniat.
- 22 Eandem mysticam annuli significationem indicat formula traditionalis annuli ex pastoralii mecliniensi, nec non benedictionis, in qua juxta rituale Romanum dicitur: *Benedic, Domine, annulum hunc, quem nos in*

» tuo nomine benedicimus, ut quæ eum gestaverit, fidelitatem integram sponso tenens in pace, & voluntate tua permaneat; atque in mutua charitate semper vivat.\*\*\*  
 (Inter quinque modos, qui in jure ad sponsalia contrahenda signantur: leg. 2. tit. 1. part. 4. duo ex illis per arrharum dationem, annulique in digito immisionem fiebant, dummodò intentioni contrahendi, verbis, aut signis expresse, actiones ejusmodi adjungerentur; sicut hic calamus: ne obliviscatur Lector addit. hisp. verb. Arrha; allaque animadvertat, dum, ita Deus faxit, ad verb. Matrimonium, & sponsalia adnotationes præstantur; vide etiam leg. 4. tit. 26. part. 4. in qua, post solemnitatem ad feudi investituram demonstrationem, ipsismet dominum investire vassallum per annulum, chirothecam, aliamve rem quamlibet teneri, asserritur.)

ANNUS.

SUMMARIUM.

- 1 Annus unde sit dictus.
  - 2 Annus ut rectè accipiatur in sacris canonibus, Bullis, decretis, statutis, & similibus est regulandus secundum regulas à Theologis, & Canonistis observatas, ut sequitur.
  - 3 Primò si leges, bullæ, &c. assignent annum in genitivo, ut si dicatur: Ne quid fiat alioquo, nisi fuerit verb. grat. 20. annorum, tunc requiritur annus completus; Sylvester, in *Summa, verb. Etas, quart. 2.* Azorius, tom. 1. *instit. moral. lib. 5. cap. 28. §. Dubia est quæstionis*, Portellus, in *deb. regular. verb. Annus, Lezana, & alii.*
  - 4 Secundò, si assignent annum per accusativum, & præpositionem ad, ut si dicantur ad quatuor annos, sufficit quod sint incepti; leg. Qui filium, ff. ad Trebellianum, & supracitati Doctores.
  - 5 Tertio, si assignent annos in accusativo cum præpositione per, v. gr. si dicatur per septem annos, requiruntur anni completi; leg. Non putabam, & leg. Si annos, ff. de conditione, & demonstratione, & citati Doctores.
  - 6 Quarto, si assignent annos cum præpositione ante, & cum accusativo, v. gr. si dicatur ante annos viginti duos, vel viginti quinque, tunc sufficiens incepti: colligitur ex *Concil. Trident. sess. 23. cap. 12.* ubi assignans annos requisitos ad ordines sacros recipiendos, dicit ante viginti tres, ante viginti quinque, quod de annis inchoatis praxis ecclesie demonstrat.
  - 7 Quintò, si assignent annos cum præpositione in, & accusativo, v. gr. si dicatur post decem annos, tunc intelligendum est de annis completis: colligitur ex *Conc. Trident. sess. 23. cap. 11.* ubi præcepit, ut nulli promoverentur ad sacros ordines, nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum ordinum, quod de anno completo per Doctores intelligitur.
  - 8 Sextò, si assignent annum cum præpositione in, & in ablativo, v. gr. si dicatur, quod fataliquid in anno quinto, sufficit annus quintus inceptus, ita ut quocumque die illius quinti anni fieri possit, cum per quemcumque diem sit inchoatus ille annus quintus, dicatur id fieri in anno quinto.
  - 9 Septimò, si in bullis, decretis &c. nulla reperitur aliquando ex supradictis particulis, & res sit dubia, an debeat intelligi de annis inceptis, vel completis: tunc in materia favorabilis sufficiens anni incepti; & in materia odiosa requiruntur anni completi.
  - 10 Anni initium non ubique eodem tempore, sed diverso pro diversis regionibus, & variis styli calculatur. Antiqui tam Hebræi, quam Ethnici incipiebant annum à kalendis Martii, aut incipiunt adhuc in die Astrologi, & alii communiter pro calculandis kalendis mensium.
  - 11 Moderni in actibus privatis, & epistolis annum incipiunt à die prima Januarii, quo tempore plurimi annum calculant, & incipiunt in omnibus actibus familiaribus, & etiam judicialibus suorum tribunalium, uti signanter fit Romæ in omnibus suis tribunalibus etiam Sacrorum Congregationum. In actibus vero publicis, & instrumentis annus incipiunt à die 25. Decembris, uti signanter fit à Notariis in Italia.
  - 12 In bullis pontificiis initium anni in data fit à die Incarnationis 25. Martii.
  - 13 In brevibus Pape à die Nativitatis 25. Decembris.
  - 14 In decretis Sac. Congregationis à die Circumcisionis 1. Januarii.
  - 15 Unde ne æquivocis laboremus attendendus est proprius stylus uniuscujusque regionis, & tribunalis.
  - 16 Add. ex aliena manu, ad num. 23.
- Annus, ut tenet Varro, lib. 5. de lingua latina, dicitur ab annulo; eo quòd in se ipsum redeat. Et Archidiaconus in cap. si propter, num. 3. ver. Annus dicitur, de rescript. in 6. existimat, annum dici ab anna, quod est circum, & nona quasi circumiens, per text. in cap. Quadagesima, de consecrat. dist. 5. Annus enim ubi incipit, ibi desinit, & resolvitur, ut inquit Baldus, *consult. 458. in fin. vol. 1. Gloss. & DD. in leg. Ita vulneratus, §. Res-*

- 1 Annus inceptus quando haberi possit pro completo, & quando non, tradit Voet. in *comment. ad Pandect. leg. 44. tit. 31.* Subdit verò idem Auctor eodem loco, quod ubi de momento in momentum tempus computandum est, disputari subinde potest, quo tempore hora lapsa intelligatur, an incipiente præludio, an pulsu primo campanæ horarum numerum designantis, an pulsu finito. Desinit verò ultrajecti fuit ex *judicio Mathematicorum, præludium sequentis horæ esse finem præcedentis, non præludium longius, aut brevius horam anticipet, vel retardet.*
- 2 Agit quoque laudatus Auctor ubi supra num. 2. & duobus sequent. de anno continuo, & anno utili, & utrumque eleganter explicat. Hic autem omittendum haud est, quod quoties in statutis fit simpliciter mentio anni, utrum de anno utili intelligi debeat, non levis quæstio est: Antonius Matthæus, de *auction. lib. 2. c. 6. n. 26.* Van-Lewen, *ensur. n. 8. part. 1. lib. 4. cap. 20. n. 8.* sentiant de anno continuo intelligendum esse. Contra verò Groeneweg. ad *tit. instit. de perpet. & temporal. action. num. 4.* sequent. tenet intelligendum esse de anno utili.
- 3 De actionibus, quæ de jure civili spatio unius anni præscribuntur, consule Cujacium, de *divers. prescript. cap. 20. per tot.*
- 4 De anno qui plura cupiat, adeat Calvin. in *Lexic. verb. Annus, rum Du-Cange, in gloss. ad script. med. infim. latin. Annus.*
- 5 (Si omnia, quæ hic conducunt, insererentur specificè, de suis respectivè locis fieret abstractio; ut evitetur, & adnotationum iteratio ne fortè contingat, oculi figantur ibidem. Vide infra proximè; nihilominus mente retine: Primò, leg. 1. §. 6. tit. 11. lib. 2. For. R. 9. 18. 21. 22. 23. & 24. tit. 20. part. 3. 1. & 3. tit. 3. lib. 3. Ord. Reg. tit. 15. lib. 4. Recop. Castel. Secundò, leg. 6. tit. 5. lib. 3. For. Reg. 3. tit. 1. part. 6. Tertio, 5. tit. 4. part. 3. tit. 15. lib. 2. Ord. Reg. 3. tit. 9. lib. 3. Recop. Castel. Quarto denique, leg. 4. tit. 7. part. 1. quarum contextus, cum citatis sup. num. 9. parum aut nihil discrepant: siquidem ut in illis agitur de temporibus ad præscriptionem, activam testamenti facionem, munus justitiæ obeundum, curatelaque liberationem necessarii: pariter in istis eadem tempora remiscuntur, nunc verò, utpote ad rem, perlegantur additiones heripandæ, verb. Exhereditatio, Emptio & Venditio, vers. Ad retrahendum, & si læsio: verb. Furtum, vers. Omnibus, & De latronibus prop. med. verb. Ignorantia, vers. In civilibus: verb. Judicium, vers. Inter eos: verb. Jurisdicção, incip. Cum nullus: verb. Notarius, vers. De secundò: verb. Procurator, vers. Restitutio in integrum: verb. Sententia, vers. Animadvertatur: verb. Testamentum, vers. In testamento conditio, & Discordia: & denique verb. Testis, & Tutor: in quibus omnibus ad actus complementum dies & anni præscribuntur: verb. Etas, & ei adnotata à memoria non elebantur.)

ANNUS PROBATIONIS seu novitiatus.

SUMMARIUM.

- 1 Annus probationis quid sit.
  - 2 Quando incipiat, ad num. 4.
  - 3 Quomodo etas requiratur, ad num. 9.
  - 4 An debeat esse continuus, ad num. 24.
  - 5 Et completus, ad num. 28.
  - 6 An possit prorubari, ad num. 35.
  - 7 Ubi debeat fieri, ad num. 42.
  - 8 An possit renuntiari, ad num. 44.
  - 9 Subnectuntur add. ex alien. man. ad num. 53.
- Annus probationis institutus est, ut religio probet mores Novitii, & Novitius austeritatem religionis: habetur expressè, cap. Apostolicam, de regularibus, & cap. 15. qui monasterium; & cap. Non solum, de regularibus in 6. Et hic annus probationis sive in masculis, sive in fo-

BIBLIOTHECA CENTRAL